

13
CONCLVSIONES PHILO-
SOPHICÆ

Quas eruditus Phil: Baccalaureus

F. CASPARVS
PLAVTZ GRAECEN-
SIS, REGVLAM D. BENEDICTI,
IN MONASTERIO SVPERIORIS
Austriæ Gersten, Professus

PRO GRADV MAGI-
STERII SEV DOCTORATVS PHILO-
*sophici obtinendo in aula Academica Gra-
ty die Iulij propugnabit.*

PRÆSIDE

R. P. GVILIELMO LA-
MORMAINI E SOCIETATE IESV
*Philosophia Magistro & Professore
Ordinario.*

GRÆCII STYRIÆ,
Excudebat. Georgius Widmanstadius.

M. DC. IV.



REVEREN-
DISSIMO IN CHRI-
STO PATRI AC DOMINO,
DOMINO IOANNI GVLIELMO
HELLERO, MONASTERII GER-
stenfis, Ordinis Diui Benedicti Abbati di-
gnissimo, Patri suo in Christo
obseruandissimo

F. CASPARVS PLAVTZ

Felicitatem & gloriam optat
immortalem.

Acedamorios, Prasul
Reuerendissime, Musis antea li-
tasse, quam cum hoste manus con-
fererent, rerum omnium memo-
ria testatur historia. Et causam ro-
gatus Eudamides, quid nam esset,
cur Musis fierent sacra, quando nec à Marte, nec ab
illis, quos belli furor inflammasset, bona Dea stare
viderentur: respondit; id esse causâ, quod illa Diua
pugnacium virorum nomina in omnia secula dissipar-
ent, nunquamque committerent, ut de illorum lau-
A 2 dibus

dibus futura posteritas conticesceret. Apologum affixit, ut verbis vim roburque affigeret affingeretq. Achilles enim, Martis pullus, cum ex vulnere, quod accepit, inter homines esse desisset, & ad sepulturam datus fuisset: Thetys, cuius latera mille Nymphæ cinxerunt, nomen herois longe lateq, disseminavit, quod ne in hominum animis intermoreretur, immortalis semper amarantho restauravit.

In statum praliarem componere me iubent Moderatores mei, quorum tu mihi Princeps: arena sternitur, in qua depugnem: sol affulgescit, in quo simul sudem algeamque. Quid agam? Musis rem diuinam factitem? Religiosus sum. Honori si videbor velificari, vani Religiosi nomen subibo: conuiuijs proscindar: euanida gloriola nuncupabor auceps: & quia, ut ait Oseas Propheta, ventum seminaui, turbinem demetere inbebor. Verum nihil est, quod extimescam, quia, vtor ferme verbis D. Chrysostomi licet simpliciter non expediat gloriam captare, tamen aliquando speciatim potest homo gloriari. Quapropter nemo mihi vitio vertet, si gloriam (quam multi virtutis parentem indigent, & sine qua D. Augustinus nihil etiā sanctos homines bene facere posse affirmat) habeo propositam: quā quo facilius adiscā comparemque, & comparatā diutius retineam; tu mihi non Musa, Musarum tamen Praeses Apollo futurus es, quem Musa pulcherrimis liberalium disciplinarum

corol-

corollis exornarunt, & in te, tanquam in sacro Pindi
vertice, confederunt atque requiescunt.

Adhuc, illud & accedere videtur, cur tuo po-
tius quam aliorum auspicio philosophicis me velita-
tionibus accingerem. Licet enim (ut ipse non nescies,
si ad prateritorum temporum memoriam cogitatio-
nes excitaueris) multi mihi à teneris, ut aiunt, un-
guibus, ad calcandum scholasticum puluerem duces
fuerint; quorum alius familiam S. Benedicti ducit
ad S. Lambertum in Styria, Martinus videlicet, Prae-
sul Reuerendissimus: alius sacrarum phalangum &
nostra religionis gubernam moderans in Monaste-
rio Cremophanensi Alexander, Abbas longe amplif-
simus: tamen quia te clauum nostri Cænoby tenen-
te meorum studiorum calcem video attingoque; iure
meritissimo mei te certaminis auspicem compello.
Quare, quandoquidem aliàs mihi in Philosophorum
Olympis depugnanti emolumento fuisti; & etate
viridiori præstas, & heroicarum virtutum opibus es
exaggeratus: spero futurum, ut tui nominis splen-
dore, quasi sole, circumcinctus, argumentorum omnium
fulgorem obfuscem; & si Diuis videbitur, aliquid re-
portem, quod in nostri ordinis familiæ dignitatem
redundet. Vale, & ut te nobis diu calitum Rex
in terris diurnare velit, sospitemq; conseruet; arden-
tissimis precibus superos exorabo. Datum in Acade-
mia Gracensi 7. Id. Iulij M. DC. IIII.

CONCLVSIONES PHI-
losophicæ

DE NOTITIA INTEL-
LECTVS CERTA AC EVI-
dente.

THESIS I.



OTITIA OMNIS, QUÆ
humanâ conquiri potest in-
dustria, certa ac euidēs, duo-
rum capitum altero contine-
tur. Aut enim citra Mentis
nostræ ratiocinium ex nudo
simplicique rerum nascitur intuitu, & aliâ ac
aliâ consideratione Mens, Intellectus, Sup-
positio. Principium, nuncupatur; Aut ex
duorum eiusmodi iudiciorum indubitata ac
minimè obscura veritate legitimo mētis no-
stræ discursu concluditur, & generali ac lato
scientiæ vocabulo potest appellari.

II.

Genus postremum Stagirita, diuino pe-
nè vir ingenio, in duas aliquando, quandoq;
in tres, alias in quatuor, interdum etiam in
quinque distribuit classes; nunquam non re-
ctè. Quæ enim vel speculatiua vel practica
non sit nullam reperies; nullam, quæ aut na-
tura-

turalis, aut moralis, aut rationalis dici non possit; nullam, quæ vel ad sapientiæ, vel ad scientiæ pressius acceptæ, vel ad artis, vel ad prudentiæ ordinem commodè non reuocetur. Neque verò temerè tres scientias totales speculantes, Physicam, Mathematicam, Theologiam, practicas duas Logicam & Ethicam constituissè putandus est.

III.

His porrò nominibus aliàs actus subsunt, aliàs habitus: inter quæ longum latumque patet interuallum. Actus enim qualitas est ex se se fluxa, instabilis, cui necessariò iuncta debeat esse intellect^o, vt facultatis effectricis, actualis influentia; Habitus verò, firma, stabilis constanter in intellectu perseverans, quamuis & actus euanuerit, & vis intellectiua conquiescat. Illa hanc vt semen quoddam profundit profusumq; relinquit in facultate; hæc Rationem ad intelligendum expeditio-rem reddit, & ad actus eius efficiendos cooperatur.

IIII.

Quemadmodum nutriuntur habitus, atq; magis ac magis confortantur per actus, actibus, à quibus producti sunt, intensiores; ita debilitantur & corrumpuntur quoque per actus contrarios; quibus naturale est & habi-

habitu illum extirpare, & alium sibi conformem generare.

De Habitu Logico.

V.

Non dignitate, sed ad aliarum scientiarum cognitionem perfectè acquirendam necessitate, Logica scientia cæteris omnibus antecellit. Ea licet in docentem, & vtem diuidatur, non tamen diuersos habitus intellectus constituit.

VI.

Tres sunt humanæ mentis operationes, quas, veluti communia quædam scientiarum instrumenta, Logica contemplatur; simplex apprehensio, enuntiatio, discursus.

VII.

Enuntiatio est duorum conceptuum vt extremorum, interueniente tertio vt copula, compositio, semper vera aut falsa.

VIII.

Discursus est motus quidam intellectus procedens ex vna notitia in aliam, quarum illam antecedentem, hanc consequentem.

VO-

vocant; Antecedens in syllogismo sunt præmissæ, quibus si assensum præbeas, conclusioni dissentire non possis.

IX.

Nobilissima syllogismi species est Demonstratio, quæ vt certam & euentem pariat scientiam, præmissis veris, primis, notioribus, prioribus, necessarijs, causasque conclusionis continentibus constet necesse est. Duplex est; Propter Quid, per causam: Quia, per effectum.

X.

Definitio, Demonstrationis potissimæ medium, est oratio ignoti manifestatiua: ea non est nisi entium per se, vniuocorum, vniuersalium. Illa si non clarissima, at securissima metaphysicarum, quæ genus proximum & differentiam vltimam continet.

LIIX

De habitu Physico in ordine ad principia & causas corporis naturalis.

XI.



Ria corporis naturalis principia dari substantialis transmutatio clamat. Materia, subiectum primum vniuscuiusque, &c. suam

B

pro-

propriam & peculiarem, vt essentia, iuxta Thomistas, sic & existentia actualem habet entitatem, quam DEO vt causæ vnicae acceptam referre debet.

XII.

Hæc licet in corporibus diuersis numero sit diuersa, eiusdem tamen speciei est in omnibus. Cognoscitur illa à nobis per respectum & ordinem ad formam & compositum. Potentia, per quam apta est recipere formas, à parte rei, non est aliud quid ab ipsa.

XIII.

Quantitatem sibi coruam; cæterorum materialium accidentium subiectum, ipsa sola proximè & immediatè sustentat; ex quo fit, hanc, aliaque nonnulla accidentia, eandem numero in genito esse posse, quæ fuerat in eo, quod interijt.

XIIII.

Forma, alterum corporis initium, vni- ta materiæ compositum substantiale constituit. Si corruptibilis sit, è fecunda materiæ potentia educitur, aliàs non. Nullum corpus pluribus numero constat formis substantia- libus.

XV.

Priuatio, hostis formæ, definitur nega- tio formæ in subiecto apto tempore à natura deter-

determinato ; Generationis duntaxat est principium, non verò etiam eius, quod gignitur.

XVI.

Substantia naturalis præter formam, & materiam essentialiter quoque includit unionem, modum quendam absolutum & substantialem à partibus ex natura rei distinctum.

XVII.

Naturam optimè cum Aristotele principium, & causam motus, & quietis eius, in quo est primò & per se, & non secundum accidens describeris. Quæ ratio formæ & materiæ competit.

XVIII.

Artem naturæ simiam & limam dixeris; sic eius & imitatur & æmulatur industriam; sic scabra & impolita illa naturæ opera polit, perficit, exornat.

XIX.

Mirum illud, quod hominis animo inexistens, eum ita dirigat, ita agentia materiæ doceat applicare, ut effectus adeò prodeant admirandi, quale Chymicum aurum, quod Arnoldus Villanouanus in Curia Romana spectandum dedit & examinandum.

XX.
Melius quàm Grammatici, Rhetores-
ue ac Iurisconsulti, Philosophi nostri, iudicijs
litibusque relegatis, Causam vocant princi-
pium per se influens esse in aliud, & duas as-
signant composito internas, Potentiam &
Actum; externas Agentem & Finem.

XXI.
Materia vniuersè est id, ex quo fit ali-
quid. Et licet proprius & adæquatus eius ef-
fectus, quem natura intendit primariò, sit
compositum substantiale: ab ea tamen etiam
dependet tùm forma (hominis animam, opus
digitorum DE I solius, excipio) tùm vnio,
tùm etiam generatio ipsa.

XXII.

Quoniam forma vltimò complet & per-
ficit compositũ, à Philosophis Ratio & quod
quid erat esse dicitur. Redditur ad causandũ
apta per informatiuam potentiam, causat a-
ctũ per eius exercitium, informationem, dico,
seu vnionem.

XXIII.

Causa efficiens est id, vnde primũ
principium mutationis & quietis. Multiplex
est. Si in agendo nulli particulari causæ per
se subordinetur, principalis est, vt prima &
vniuersalissima, DEVS Opt: Max: & secun-
darum

darum nonnullæ; Sin fecus, instrumentalis. Principalis vel similem sibi specie effectum, producit, & vniuoca; vel non, & est æquiuoca. Rursus causarum necessaria hæc, libera illa, vt voluntas hominis, quæ, positis omnibus ad agendum prærequisitis, potest agere & non agere.

XXIIII.

Quamuis forma substantialis entitate sua immediatè sit actiua, nullaque substantia nisi ab aliqua substantia principaliter & immediatè producat: negandum tamen non est accidentia esse instrumenta substantiæ, & ad substantiam producendam proximè & immediatè influere. Effectuum, quos neq; vniuoca, neque sol producere potest, DE VM ipsum autorem & conseruatorem asserimus.

XXV.

Accidentia, quæ per emanationem fiunt, ferè ab ipsa substantia, cui sunt connaturalia, proueniunt. Cætera vel à substantia, vel ab accidente fiunt. Si omnia eiusdem speciei indiuidua inter se substantialiter æquè sunt perfecta: effectus ab vno productus, ab altero eiusdem speciei produci potuisset. Effectus semel corruptus naturaliter non potest, diuinitùs reproduci potest.

XXVI.

Finis, causarum vltima, prima est eo nomine, quod sua bonitate (vera vel apparente) ad agendum primò impellat & excitet. Celebris est finis in finem Cuius gratia, & finē Cui diuisio. Effectus finis sunt, quæcunque fiunt propter illum, mediorum electio, vsus & desiderium ipsius, quies etiam & gaudium de eo consecuto.

XXVII.

Finis & efficiens causæ sunt cæteris absolute perfectiores, vel eo ipso, quod DEVS rerum omnium effector sit, & suprema meta, materia formaue esse non possit. Forma quoque materiam post se relinquit. Causa naturæ semper, tempore nunquam, nobilitate effectum interdum antecellit.

*De Habitu Physico in ordine ad
corpora simplicia.*

XXVIII.



Orporum simplicium facilè princeps est cælum, quod quanto à nobis est remotius, tãto etiam ignotius.

tius. Illud materia & quantitate (eiusdem, cum nostrate speciei) formaque constare dicitur Ratio, dubitat alicubi Philosophus.

XXIX.

In Mundi termino Cæli substantialiter innouabuntur : eorum astra à se inuicem & ab orbibus suis specie discrepant : mouentur ab assistentibus intelligentijs.

XXX.

Elementum est id, in quod cætera corpora diuiduntur, in quibus inest potentia vel actu, ipsum autem est indiuisibile in diuersa secundum speciem. Quadruplex primarum qualitatum combinatio quatuor arguit elementa; calor cum siccitate ignem, cum humiditate aërem; frigus humiditati aquam, siccitati iunctum terram; Ambæ cuiusque in gradu summo.

XXXI.

Calor congregat homogenea per se, per accidens segregat heterogenea; frigus homogenea & heterogenea congregat; humidum alieno facile, difficile proprio termino, siccum contrà, proprio facile, alieno difficile terminatur. Siccitas humiditasque cæteris comparatæ & iuxta secundarium munus spectatæ, passiuæ videntur solentq; dici.

Primæ

XXXII.

Primæ qualitates & secundarum non-nullæ primæ & tertiæ speciei intendi & remitti possunt. Intensione nouum gradum, eiusdem essentia, ad priores addi asseueramus.

XXXIII.

Licet qualitates secundum se spectatæ nullum habeant intensiõis definitum terminum : tamen subiectum recipere, vel agens naturale nisi certo gradu eas intendere non potest.

XXXIIII.

Docet experientia qualitatem à forma, cui est connaturalis, sæpenumero intendi, sicuti etiam contrariam in gradu remisso secum in eodem subiecto compati, non etiam in intenso.

De Habitu Physico in ordine ad

corpus animatum.

XXXV.

N

Obilitate corpora omnia superat Viuens ac Animatum. Anima est actus primus corporis Phy-

Physici organici potentia vitam habentis.
Animarū alia est vegetatiua solum; alia etiam
sensitiua; alia insuper rationalis, quæ soli &
omni homini competit.

XXXVI.

Viuenti vt se se conseruet, Nutritiua, vt
perficiat & iustam acquirat magnitudinem,
Augmentatiua, vt propaget, Generatiua fa-
cultas attributa est. Nutritione materia ali-
menti materiæ viuentis: (vt augmentatione
quantitas quâtitati) adglutinatur, eiusq; for-
ma induitur. Generatio Aristotelica vniuer-
se est mutatio totius in totum nullo remanē-
te sensibili vt subiecto eodem; Viuentis autē,
est processio viuentis à viuento seu principio
vitæ coniuncto, in similitudinem naturæ.

XXXVII.

Augmentationi, ante statum consisten-
tiæ (qui omnium partium vnus esse non po-
test) rarefactio coniuncta est; per hanc nulla
noua quantitas acquiritur, sed localis dunta-
taxat extensio, quantitatis modus.

XXXVIII.

Vt nulla est pars humidi determinata in
animali perfecto, in quam natiuus calor non
agat, sic nulla, quæ per nutritionem non repa-
retur.

XXXIX.
Elementum purum viuientis alimentum,
saltem diurnum, esse non potest. E quatu-
or humoribus, qui in hepate specie distincti
ab inuicem gignuntur, solus sanguis imme-
diatè animal sanguineum nutrit.

XL.

Potentia nutritiua subordinantur vis
concoctiua, qua præparatur cibus in ventri-
culo, hepate, venis; Attractiua, qua quodq;
membrum conueniens sibi prolecat nutri-
mentum; Retentiua, quæ idem detinet: Ex-
pulsiva, quæ inutile respuit ac remouet. Ga-
lenus addit Appetitiuam, Distributiua, Se-
cretiua; quæ omnes in vna parte, sola dif-
ferunt ratione.

XLI.

Sensitiua potentia externæ numeran-
tur quinque; Visus, Auditus, &c. à quibus-
dam internæ totidem; Sensus communis,
Imaginatiua, Æstimatiua, Phantasia, Memo-
ria, quæ nobis cum brutis nonnullis sunt
communes. Illæ in eodem indiuiduo re dif-
crepant, hæ non item, sed sola ratione, vt pro-
babilior habet opinio.

XLII.

Cæteri sensus externi singulas obtinent
sedes, Tactus plurimas; Interni in solo toto-
que

que degunt cerebro. Cerebrum temperatissima est officina spirituum, quos vocant animales, eo quod sensuioni motionique subseruiant.

XLIII.

Lumen & colores Visu, Sonus Auditui, Gustatu sapor, odor Olfactu, primæ qualitates vno cognoscuntur Tactu, quantitas, &c. multis. Vnde illa propria sensibilia, hæc verò commune dici potest.

XLIIII.

Sensus internus commune sine propriis potest, externus percipere non potest. Vtriusque vim transcendit vniuersale, iudicium, discursus.

XLV.

Intellectus acumine suo peruidet & penetrat vniuersa, Media, Summa Infima; quæ apud nos sunt, quæ supra; Cælos, Intelligentias, DEVM; demùm in se reuoluens, & semetipsum, & quibus ipse imbutus est formas cognoscit, siue illæ sint impressæ seu expressæ: quarum illæ enim species intelligibiles, & præcedunt, hæc verba mentis dicuntur & actionem terminant intellectus.

XLVI.

Sensum appetitus naturalis, & ferè motus aliquis, intellectum verò liberalius, id est,

voluntas comitatur. Primus vel est Concupiscentia, qua appetimus congrua, vel Ira, qua incommoda refugimus in corde; alter sedem habet in animo.

De Habitu Sapientia.

XLVII.

Sapientia habitus adeo est excellens ut secundum Simonidem solus *Deus* cum habeat, eiusque possessio humanam excedere videatur, materiam subiectam habet communem entis rationem, intelligentias, *Deum* rerum omnium conditorem.

XLVIII.

Entis rationem ab eius differentiis vel ex natura rei distinctam, vel per intellectum abstractam, præcisamque, nullam agnoscimus, formalem, qui omnia quatenus sunt essentia potentes existere, nullum determinatum ens iuxta propriam rationem expressè repræsentet dari etiam asseueramus.

XLIX.

Quod huic obijcitur de *Deo* & creaturis propriae proportionis analogia prædicatur,

tur, cum eoque Vnum, Verum, Bonum veluti
passiones ita conuertuntur, vt absolute lo-
quendo ei nihil superaddant, aliquid ta-
men significant expresse, quod illud confuse
solum explicabat.

L.

Ens aliud est vniuersale, vnum aptum,
inesse multis dicique de multis non æquiuo-
cè, Cuiusmodi est, Genus, differentia, speci-
es, Proprium, quod necessario & Accidens,
quod contingenter essentiæ connexum est;
aliud singulare, quod cum aliqua sui multi-
plicatione in multis esse non potest.

LI.

Singularitas siue hæcceitas cum natura
in Creatis omnibus compositionem facit
metaphysicam, sicut & esse cum essentia, cum
genere differentia. *Deus* vt optimus,
immensus, immobilis ita longè
est simplicissimus.

*Cui laus & honos in sæcula
sæculorum.*



ERVDITO DOMINO
THESIVM PROPVGNATO.

R I, F. CASPARO PLAVTZ,
art: lib: ac Philos: Bac-
calatureo.

Quis sonat hic? Num lapsa polo Ioue nata Mi-
nerua,

Se probet, vt terris, Numina docta sonat?

Non. Benedictino nutritus in Ordine CASPAR
PLAVTZIVS ingenio se probat esse Sophum.

Quis neget esse Sophum? Sophus est absque arte Sta-
gyra,

Nam qui scit mundum despiceret, hic Sophus
est.

M. F. Georgius Falbius
Ord: D. Bened: profes-
sus, SS. Theo: Auditor.

Eidem.

Vnde tibi lingua pragnans facundia fluxit?

An natura parens munera tanta dedit?


Immo dedit. Verū unde decor tibi, & unde venustas
Ingenij? id coluit pulcher Aristoteles.

Vnde

*Vnde animus, mens vnde tibi tam infracta? Sophorū
Robur Mauortis robore maius habes.
Vnde, quòd excessus cūm sis, iactantia mentem
Non premat? An quòd amet te BENEDI-
CTVS? Ita est.*

F. Conradus Alopitius
Ord: D. Bened: profes-
sus, Philos: Auditor.





1. In the name of the Lord, Amen.
2. In the name of the Lord, Amen.
3. In the name of the Lord, Amen.
4. In the name of the Lord, Amen.
5. In the name of the Lord, Amen.
6. In the name of the Lord, Amen.
7. In the name of the Lord, Amen.
8. In the name of the Lord, Amen.
9. In the name of the Lord, Amen.
10. In the name of the Lord, Amen.
11. In the name of the Lord, Amen.
12. In the name of the Lord, Amen.
13. In the name of the Lord, Amen.
14. In the name of the Lord, Amen.
15. In the name of the Lord, Amen.
16. In the name of the Lord, Amen.
17. In the name of the Lord, Amen.
18. In the name of the Lord, Amen.
19. In the name of the Lord, Amen.
20. In the name of the Lord, Amen.
21. In the name of the Lord, Amen.
22. In the name of the Lord, Amen.
23. In the name of the Lord, Amen.
24. In the name of the Lord, Amen.
25. In the name of the Lord, Amen.
26. In the name of the Lord, Amen.
27. In the name of the Lord, Amen.
28. In the name of the Lord, Amen.
29. In the name of the Lord, Amen.
30. In the name of the Lord, Amen.
31. In the name of the Lord, Amen.
32. In the name of the Lord, Amen.
33. In the name of the Lord, Amen.
34. In the name of the Lord, Amen.
35. In the name of the Lord, Amen.
36. In the name of the Lord, Amen.
37. In the name of the Lord, Amen.
38. In the name of the Lord, Amen.
39. In the name of the Lord, Amen.
40. In the name of the Lord, Amen.
41. In the name of the Lord, Amen.
42. In the name of the Lord, Amen.
43. In the name of the Lord, Amen.
44. In the name of the Lord, Amen.
45. In the name of the Lord, Amen.
46. In the name of the Lord, Amen.
47. In the name of the Lord, Amen.
48. In the name of the Lord, Amen.
49. In the name of the Lord, Amen.
50. In the name of the Lord, Amen.
51. In the name of the Lord, Amen.
52. In the name of the Lord, Amen.
53. In the name of the Lord, Amen.
54. In the name of the Lord, Amen.
55. In the name of the Lord, Amen.
56. In the name of the Lord, Amen.
57. In the name of the Lord, Amen.
58. In the name of the Lord, Amen.
59. In the name of the Lord, Amen.
60. In the name of the Lord, Amen.
61. In the name of the Lord, Amen.
62. In the name of the Lord, Amen.
63. In the name of the Lord, Amen.
64. In the name of the Lord, Amen.
65. In the name of the Lord, Amen.
66. In the name of the Lord, Amen.
67. In the name of the Lord, Amen.
68. In the name of the Lord, Amen.
69. In the name of the Lord, Amen.
70. In the name of the Lord, Amen.
71. In the name of the Lord, Amen.
72. In the name of the Lord, Amen.
73. In the name of the Lord, Amen.
74. In the name of the Lord, Amen.
75. In the name of the Lord, Amen.
76. In the name of the Lord, Amen.
77. In the name of the Lord, Amen.
78. In the name of the Lord, Amen.
79. In the name of the Lord, Amen.
80. In the name of the Lord, Amen.
81. In the name of the Lord, Amen.
82. In the name of the Lord, Amen.
83. In the name of the Lord, Amen.
84. In the name of the Lord, Amen.
85. In the name of the Lord, Amen.
86. In the name of the Lord, Amen.
87. In the name of the Lord, Amen.
88. In the name of the Lord, Amen.
89. In the name of the Lord, Amen.
90. In the name of the Lord, Amen.
91. In the name of the Lord, Amen.
92. In the name of the Lord, Amen.
93. In the name of the Lord, Amen.
94. In the name of the Lord, Amen.
95. In the name of the Lord, Amen.
96. In the name of the Lord, Amen.
97. In the name of the Lord, Amen.
98. In the name of the Lord, Amen.
99. In the name of the Lord, Amen.
100. In the name of the Lord, Amen.